Ros Dok Rostocker Dokumentenserver
Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Jacob Sebastian Lauremberg

# Disciplinae, Prudentiaeq[ue] Civilis, Et Sacratissimarum Legum Mystas atq[ue] cultores, Ad Serio pertinaciterq[ue] audiendas, In Digestorum Libros Praelectiones Suas Publicas,

[Rostock]: Praeli Kiliani, 1659

**http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn735191913**

Druck Freier Zugang PUBLIC DOMAIN

Vorlesungsankündigung

RU jur 1659

Jacob Sebastian Laurenberg

invitat ad praelectiones in Digesta-

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn735191913/phys_0001
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn735191913/phys_0002
DFG

# DISCIPLINÆ, PRUDENTIÆQ; CIVILIS, ET SACRATISSIMARUM LEGUM

Myſtas atq; cultores,

Ad,

Serio pertinaciterq; audiendas,

In

# DIGESTORUM LIBROS PRÆLECTIONES SUAS PUBLICAS,

Universitäts-Bibliothek Rostock

Quas

BONO CUM DEO

26 April

Proximo Martis, 10. Matutina in Collegio Unicornis ab Oratione Præliminari, expreſſurâ ſortem miſerandam

*INCLUTÆ, CASTISSIMÆQ; VIRAGINIS, NEFARIE; PERQ; VIM TEMERATÆ.*

*auſpicaturus eſt, officioſè & peramanter invitat.*

JACOB. SEBASTIAN. LAUREMBERG. U.J.D. & Pandectarum Profeſſor Ducalis Ordinarius.

*Sub deſcriptione Præli* KILIANI, CIↃ IↃC LIX.

1659

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn735191913/phys_0003
DFG

APud Romanos, populum, ſi ullus ſub ſole, prudentiſſimum, nemo utut virtute inſtructus, ad ſublimiora officia & dignitates penetrare poterat, aut admittebatur, niſi qui in ſecundariis & inferioribus gnaviter exercitum ſe, ſolertemq́ dediſſet; Etenim per Quæſturam ad Ædilitatem, ab hac ad Præturam, & ſic porro ad Conſulatum libera Republicâ honorum ordinariorum omnium apicem, & complementum conniti & perrumpere alti pectoris ſpiritusq́ viros lex jubebat. Liceat parva componere magnis: novennium effluxit penè univerſum, cum primum ceu Profeſſor novus produci in theatrum Academicum, atq́ pubi literariæ ſiſti cœpi; Exacta illa mihi tempora non in Orcheſtra (nec enim decebat) ſed honeſto tamen medioq́ loco, initiis haut ſpernendæ dignitatis contento, nihilq́ ſupra ſortem valde deſideranti; in eo quomodo me tractaverim munere aliis relinquo judicandum; certe probis & bonis ejus rationem perſolutam omnino confido.

At enim ubi nunc adſcendere juſſus, & à Quæſtura ad Ædilitatem quaſi vocatus ſum, provinciam mehercules arduam, difficilem, operoſiſſimam, tantoq́ exquiſitioribus conjunctam ærumnis, quanto primâ iſtâ honoratior videtur & conſpicua magis, nihil antiquius mihi habendum, nihil majori ſollicitudine curandum intelligo, quam ut veſtra NOBILISSIMI JUVENES, ſtudia etiam per meam qualemcunq́ opellam promo-

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn735191913/phys_0004
DFG

promotum eantur, atq; optata ſumant incrementa; nihil cavendum diligentius, quam ne à commiſſo docendi munere; officiiq; religione declinem, aut avocari me impedirique patiar, niſi fatalitas aut vis major intervenerit, præter exſpectationem omnem ſepiuſcule deſtinationibus noſtris pilum inijciens, & optimè cogitatis proterviter, ut olim Tribuni plebis Patribus Rom. feciſſe leguntur, intercedens. Abſit à me procul, abſit ut quicquam dicam elatius, aut jactantius, quin potius ingenii viriumq; teneritudinem lubens agnoſco & propalam præ me fero; veruntamen fidem in docendo bonam, perpes ſtudium & induſtriam non intervallatam candide polliceor, maloq; laboribus laſſari & tabeſcere, quam prodere perfidioſè & deſerere honeſtam ſtationem, in quam ſummi Numinis voluntas & Sereniſſimi Principis ac DN. DN. CHRISTIANI, Ducis Meklenburgici, Principis Vandalorum, Sverini, & Ratzeburgi, Comitis Sverinenſis Roſtochij & Stargardiæ Dynaſtæ, Academiæ hujus Cancellarii magnificentiſſimi, Herois incomparabilis DN. mei Clementiſſimi, illuſtris gratia, enucleatumq; judicium, conſpiransq; magnorum virorum ſuffragatio me collocavit.

Quod ergo felix fauſtumq; eſſe jubeat proſperisq; ſucceſſibus beare atq; impartire dignetur cælitus, omnipotens Deus, perendini decima matutina in Auditorio Unicornis accingar Lectionibus publicis Juridicis, PANDECTARUM Divi Juſtiniani articulos figurasq; ſingulatim omnes non prolixis Commentariis, quos ille in hos libros cudi, farcirive ſeverè vetuit, ſed breviculis explana-

tionibus

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn735191913/phys_0005
DFG

*tionibus, methodo non inconcinna, dictione intelligibili legaliq; , bono cum Deo repræſentaturus. Inquies illecebroſæ iſtæ ſunt pollicitationes & tanti faſtus, ut vadimonium deſerendum videatur eas jactanti; nihil enim non continere hæc volumina, ſiq; nomini penè invidioſo, certè oſtentationis multum habenti, credendum, in exhauſtum Cornu copiæ, & rerum divinarum humanarumq́; ſcitu cognitioneq; dignisſimarum impenetrabile receptaculum eſſe præſumuntur, quod aggredi velle opus, & interpretamentis illuſtrare, arrogantuli videtur, & nimium ſibi fidentis.*

*At at bona verba ſodes! Sanius eſt judicandum; namq; moliri aliquid in arduis & ingenii ſui periclitari vires non tam pravitas & ambitio, quam rerum ſuarum ſatagentis ſolertia putanda eſt induſtriaq;. Conferat quivis, cujus curæ fideiq; hoc commiſſum eſt, ſymbolam ſuam huc, & habebimus* DIGESTA *ſi non digeſta ordinatius, planiora certe & magis intelligibilia. Ego pro captu mediocritatis & virili faciam impoſterum quæ mearum ſunt partium. Tu tantum frequens adeſto* SPES PATRIÆ, *Reipublicæ ſeminarium, laudi deſtinata juventus, atq; conatus laboresq́; noſtros pertinaci præſentia attentioneq́; glorioſe i comprobatum.*

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn735191913/phys_0007
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn735191913/phys_0008
DFG

promotum eantur, atq; optata ſumant … ; nihil
cavendum diligentius, quam ne à comm… di mu-
nere; officiiq; religione declinem, aut a… mpedi-
riq; patiar, niſi fatalitas aut vis major i… præter
exſpectationem omnem ſepiuſcule deſtina… tris pi-
lum inijciens, & optimè cogitatis protervi… Tribu-
ni plebis Patribus Rom. feciſſe leguntur, … Abſit
à me procul, abſit ut quicquam dicam el… actan-
tius, quin potius ingenii viriumq; teneri… ens a-
gnoſco & propalam præ me fero; verunt… in do-
cendo bonam, perpes ſtudium & induſ… inter-
vallatam candide polliceor, maloq; labor… & ta-
beſcere, quam prodere perfidiosè & deſe… m ſta-
tionem, in quam ſummi Numinis volunt… eiſſimi
Principis ac DN. DN. CHRISTIA… s Me-
klenburgici, Principis Vandalorum, Sveri… ebur-
gi, Comitis Sverinenſis Roſtochij & Sta… naſtæ,
Academiæ hujus Cancellarii magnifice… Herois
incomparabilis DN. mei Clementiſſimi, … tia, e-
nucleatumq; judicium, conſpiransq; ma… rorum
ſuffragatio me collocavit.

Quod ergo felix fauſtumq; eſſe jubeat … ſucceſ-
ſibus beare atq; impartire dignetur cæ… potens
Deus, perendini decima matutina in A… nicor-
nis accingar Lectionibus publicis Juridi… DE-
CTARUM Divi Juſtiniani articulo… ſingu-
latim omnes non prolixis Commentarii… in hos
libros cudi, farcirive ſeverè vetuit, ſed b… plana-
… nibus